

telas uentris gestione componere: sic & anima perficiens ex flagello dei debet eterna relinquere: & uirtutem
sibi telas texere. Veruntamen uane conturbat omnis homo. Licet inquit corruptat per flagella & ad uirtu-
tem opera perficiat. Veruntamen quam diu uiuit uane conturbat. quia diuersis curis confundit. Et audi ora-
tionem meam & deprecationem meam. Cum inquit uita nostra uane conturbat & semper incerta sit. Et audi orationem meam
& deprecationem meam. id est precor oris & desiderium cordis. Omnia nobis incerta sunt. sola mors certa. Cui tam dies
semper incertus est. Ergo auribus percipe lacrimas meas. Lacrimae uidentur non audiri. Lacrimae & dicit cordis ge-
mitus. quae cum sint inuisibiles. lacrimas torquunt uisibiles. Petre & uertute exaudiat dominus. Ne fileas quoniam
aduenia ego sum apud te. Ne fileas. hoc est loquere mihi in corde: & dic anime meae salus tua ego sum. ut etiam
confide fili dumtaxat tibi peccata tua. Quia aduenia ego sum apud te: & peregrinus sicut omnes patres mei. hoc
potest dicere. omnes qui ex uilem apud deum cognoscunt & patriam requirunt. & ideo pete consularia domino. Remitte
mihi ut refrigeret. Dimitte inquit peccata mea dum ad huc uiuo. ut remissionem peccatorum prius quam ha-
beam. id est ante quam moriar. Nisi enim uiuentem dimiseris & cum peccato mors super uentrem meum preoccupauerit ampli-
us. quia uerum per dicitur & male esse. non esse est.

Expectans expectauit dominum.

In hoc psalmo loquitur ecclesia ex omnibus gentibus congregata. laudans dominum & gratias agens quod ea de erroribus
& cupiditatibus se liberauerit. atque insoliditate fidei. & uirtutis stantem simul quod ei patientia tolerandi
aduersa tribuerit. Et expectans inquit expectauit dominum. Non uacat quod dicit. Expectans expectauit. Nam expec-
tatio expectare est totum se deo committere. & ei misericordiam humiliter sustinere. Sed enim qui quasi expectant
se non expectantes. quia terrena & temporalia adeo requirunt. Et attendit in id consulendo & miserando atten-
dit. Et exaudiat precem meam id est desiderium cordis mei. & adiuua me de lacu miserie. & delinquo fecisti. Lacu miserie
& lacu facis. profunda erroris iniquitatis & sordida cupiditatis. Inuenis eam condita per ignorantiam ueritatis
de meritis ecclesia. Et stantem supra petram pedes meos. Petram firmitatem fidei. Petrus uero actiones dicitur tamen
ut inuentione. gressus autem perfectus uirtutum. Inuenit gressus quia apud ueritatem erroris ad rectitudinem eam
conuertere uertit. & notandum quod sicut prius est mala desistere. deinde bona facere. Ita nunc prius
dicit se & luctu miserie delatu deinde supra soliditate ueritatis construam. Et inmisit uos meum canticum
nouum. Canticum nouum per dominationem dicit euangelii quod inuocat et quod scilicet ante fuerat inaudita. Carmen
deus noster. Carmen id est laudem ut in omni deo noster id est christo saluatori. Et ideo dicitur quod solebant pagani falsi

carmine carere. Carmen autem ubique sit & canticum plenitudo ponitur. Iuxta quod iob dicitur quod dedit
quod dedit carmina innocenti. id est letitiam tribulatione. Videbit multa & timebit. & sperabit in domino. Vide-
bit mea in meum euersionem & timebit peccare. siue uidebit miracula & signa quae per apostolos facta sunt. & salubre
timebit. atque ab erroribus euersi incipiant sperare in domino. Beatus uir cui est nomen domini spes eius. Nomen domini ihesu
id est saluatoris. ille & spes habet nomen domini qui se in fide nominis eius credit esse saluandum. hoc autem genus locutionis
proprium est diuinis scripturis. & non facile in humanis libris reperitur. Et non respexit in uanitates. Vanitates dicit
scilicet desideria & cupiditates quae uana sunt & transitoria. Insanas autem falsas suppletiones dicuntur idolatrie.
Beatus & ille est qui non respexit id est non est uertit insanias falsas. hoc est idola siue spectacula diabolica quae ideo
insanas dicitur quod ab insanis & potius agunt. Multa fecisti domine deus mirabilia tua. Sensus talis est. tu in ipso
deus multa fecisti mirabilia quae homines mirari deberent. in adiecto stabilem celi uirginem ordinatissimum
siderum cursum. haec & huiusmodi mirabilia in celo & terra fecisti. quae miseri homines non curant neque
admirantur & mirantur scenicas saltationes & effeminatas gestulationes ac diabolica figmenta
fecisti etiam mirabilia tua qui ante secula praedixisti per prophetas futura & in fine seculi praemonstrasti ipsum aparendo
noua & scilicet inaudita miracula perperasti etiam populis super mare ambulasti. mortuos suscitasti. alia in-
numera signa signae fecisti. haec enim sunt christiana spectacula haec assidue mirari & dominum in his esse euenire
laudare. Et in cogitationibus tuis non est quod similis est. hoc est in misericordia & dispositione tua. non est quod id nullum